BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 347v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



numerum eorum ⁊ ita uidi equos
in uisione. Et qui sedebant super
eos habebant loricas igneas ⁊ iacinc
tinas ⁊ sulphureas. et capita eorum
equorum erant tamquam capita
leonum. et de ore ipsorum procedit
ignis ⁊ fumus ⁊ sulphur. ab his tri
bus plagis occisa est tertia pars
hominum de igne ⁊ fumo ⁊ sulphu
re qui procedebant de ore ipsorum
Potestas enim equorum in ore eorum
est. et in caudis eorum. Nam cau
de illorum similes serpentibus.
habentes capita. et in his nocent. Et
ceteri homines qui non sunt occisi
in his plagis. neque penitentiam e
gerunt de operibus manuum suarum
ut non adorarent demonia ⁊ simu
lachra aurea. et argentea. et erea.
et lapidea ⁊ lignea. que neque uidere
possunt. neque audire. neque ambula
re et non egerunt penitentiam ab
homicidiis suis. neque a ueneficiis
suis. neque a fornicatione sua. neque e
ciam a furtis suis. X

Et uidi alium angelum for
tem descendentem de celo
amictum nube ⁊ yris in ca
pite eius. et facies eius erat ut sol.
et pedes eius tamquam columpne
ignis. Et habebat in manu eius li
bellum apertum. et posuit pedem
suum dextrum supra mare ⁊ sinis
trum supra terram. et clamauit
uoce magna quemadmodum cum
leo rugit. Et cum clamasset locu
ta sunt vii tonitrua uoces suas.

Et cum locuta fuissent vii tonitrua
uoces suas. et ero scripturus eram ⁊
audiui uocem de celo dicentem mi
hi signa que locuta sunt vii tonitrua
et noli ea scribere. Et angelus quem
uidi stantem supra mare ⁊ supra ter
ram leuauit manum suam ad celum
et iurauit per uiuentem in secula secu
lorum. qui creauit celum ⁊ omnia que
in illo sunt. terram ⁊ ea que in ea sunt
et mare et ea que in eo sunt. quia tem
pus amplius non erit. sed in diebus
uocis septimi angeli. cum ceperit tuba
canere consummabitur misterium dei
sicut euangelizauit per seruos suos
prophetas. Et uocem audiui de celo
iterum loquentem mecum ⁊ dicen
tem. Vade et accipe librum apertum
de manu angeli. stantis supra mare
et supra terram. Et abii ad angelum
dicens ei. ut daret michi librum. Et
dixit michi. Accipe ⁊ deuora illum.
et faciet amaricari uentrem tuum
sed in ore tuo erit dulce. et cum deuo
rassem eum amaricatus est uenter
meus. Et dixit michi. Oportet te
iterum prophetare populis ⁊ gentibus
et linguis ⁊ regibus multis.

Et datus XI
est michi calamus similis
uirge. et dictum est michi
Surge et metire templum dei ⁊ al
tare. et adorantes in eo. Atrium autem
quod est foris templum eice foras
et ne metiaris illud. quoniam datum
est gentibus. Et ciuitatem sanctam
conculcabunt mensibus xl duobus.

Et dabo duobus.